

in conf. 73. num. 9. lib. 1. Barb. in conf. 22. col. pen. lib. 1. Ruin. consil. 101. colum. 1. lib. 1. quos vilis sum sequi in conf. 12. num. 10. lib. 1. ubi commemoravi, & Crauet. in confil. 26. num. 5. qui tamen contrarium dixit, cum scripserit, Castrensem male respondisse. Et Castrensem vilis est sequi. Ale. in resp. 35. 6. num. 5.

Et ij quidem adducti sunt text. leg. 3. §. 1. ff. pro socio. qui loquitur de societate omnium bonorum expressa, non autem de tacita: Non enim negat text. ille, quin tacite contrahi possit Societas omnium bonorū, quæ quidem ex coniecturis, & præsumptionibus, (vt diximus) colligitur. Ita declarat Barb. in conf. 22. col. 9. lib. 1. l. 1. in conf. 4. col. 10. vers. 8. non obstat. lib. 3.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat 39 quoad lucra, quæ obveniunt vni ex fratribus ꝑ ex dote lucrata. Ita gloss. in d. l. quod si eo tempore. ff. pro socio. Rom. in conf. 406. num. 2. & in conf. 471. num. 2. Anchar. in conf. 392. nu. 7. Barba. in conf. 471. num. 2. Anchar. in conf. 66. col. 2. vers. non obstat allegata. & in conf. 68. col. 3. vers. 4. in socijs.

40 Extenditur secundò, vt procedat etiam in Doctore ꝑ qui diu habitasset cum suis fratribus, & lucra à se facta communicasset. Nam & quoad illa præsumitur contracta societas, sicque & illa effecta sunt communia. Ita Bald. in l. Prator. §. sed & filius. ff. de edend. & in l. si patruus. num. 15. C. communia vtriusque iud. & ibid. Sali. col. pen. Idem Bald. in conf. 452. Duos fratres. lib. 3. Anchar. in conf. 302. numer. 7. Capra in conf. 142. tum viso & considerato. l. a. in l. 2. num. 9. & 13. C. qui testam. facere poss. & Ale. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 25. num. 2. vers. puto qd & Crau. in conf. 605. qui tamen declarat, vt apud eum. Et huius sententiæ ea est ratio, quod cum de hoc ipso quasi castrensi peculio, sicuti & de castrensi contrahi possit expressa societas, vt clarum 41 est, ita & tacite, cū par sit virtus ꝑ taciti, & expressi. leg. cum quid. ff. si cert. pet.

Contra tamen opinionem, & male quidem probarunt Lucas de Penna in l. i. iudic. C. de silentia. lib. 1. Rom. sibi parum constans in conf. 145. num. 3. in si. ne. & Ale. in resp. 359. num. 3. & 4. Et ij quidem adducti sunt ex l. iudic. C. de silentia. lib. 12. quæ tamē loquitur de quæstis, vinente patre, sicuti perpendit Ale. in d. præsumpt. 25. qui & alteri argumento respondit. Et prædicta opinio Capræ, & sequacium multo magis haberet locum, quando exaret statutum, quod ex bonorū communione, & ex cohabitatione, præsumatur contracta societas, sicuti extat in ciuitate Clusij, vt meminit Capra in d. conf. 142. Extat & in ciuitate Laudæ, vt refert Ale. in resp. 359. qui quidem Ale. tam in resp. 359. quam in d. præsumpt. 25. declarat, quomodo procedat, & intelligi debeant hæc statuta.

42 Extenditur tertio, vt procedat etiam si vnus plus alitero lucretur. Nam adhuc præsumitur contracta omnium bonorum societas, si modò prædicta concurrunt, nempe cōis habitatio, lucrorum communicatio, & administrationis nō reddita ratio. Hanc extensionem senserunt Bal. in d. l. si patruus. nu. 16. C. communia vtriusque iudic. & Anch. in conf. 302. Materia de qua. nume. 8. circa dubium tertium. Nam is qui plus altero lucretur, dona re dicitur alteri illud plus.

Declaratur primò hic casus, vt locum non habeat, 43 quando ꝑ vnus fratrum conscriberet librum rationum, & faceret debitores, & creditores cæteros fratres, causa impensarum, & reddituum. Nam ex hoc actu non videtur contracta Societas omnium bonorum. Ita Decius in conf. 21. num. 6. vers. vltimo prædicta conclusio. qui declarando responsum Butrij in conf. 71. inquit illum loqui, quando apparet iam iam contractam esse societatem, & deinde vnus sociorum aliquid agit, vt deroget ipsi societati, id enim facere non potest in præiudicium

aliorum, & huc etiam pertinet, quod diximus in præcedenti extensione. Diuersum est (ait Decius) quando adhuc non constat coniecturis prædictis contractam fuisse societatem. Nam tunc si vnus sociorum conscribit librum rationum, reddituum, & lucrorum, ac etiam impensarum, significare videtur, contractam non esse societatem, cum animum non haberet contrahendi.

Ceterum ab hac Decij traditione dissentit Ale. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 15. numer. 2. vers. tertio aduerte, qui dixit, hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, ex quo solent mercatores, imò & alij diligentes patresfam. conficere libros rationum, reddituum, & impensarum domus separatos à libris negotiationum, non vt dissensus à societate arguatur, sed vt sciant, quas pecunias accipiunt pro impensis, quæ in domo sunt, & 44 esse effectum ꝑ conscriptionis libri rationum, si cōfessio libro fratres, vel affines ipsi, vel in singulis annis, vel certis temporibus calculos ineunt, reddentes rationem de à se gestis. Hoc in casu existimauerim rectè sensisse Decium præcæto in loco. Et hoc in casu etiam rectè loquitur Iason in conf. 2. col. 4. vers. 10. facit lib. 3. Cum dixit, quòd si vnus fratrum fatetur se esse debitorem alterius significat, non esse inter eos societatem omnium bonorum. Hoc sanè intelligitur, quòd (vt dixi) reddita esse inter eos ratio. Et ita etiam sunt intelligenda quæ reserpt di in conf. 12. n. 17. lib. 1. Et accedit, quod hoc in casu deficit vnus ex tribus requisitis, quibus diximus societatem omnium bonorum, contractam præsumi, nempe cōmunis habitatio, reddituum, & lucrorum communicatio, & de gestis nulla hinc inde reddita ratio. Deficeret enim nostro in casu hoc postremum. Si verò confectis ipsis libris rationum, nunquam conficiuntur calculi, rectè sensit Ale. ratione ab eo perpena.

Declaratur secundò, vt locum non habeat hic casus, 45 quando ꝑ iam ab ipso initio communis habitationis, & communicatiōis bonorum, & lucrorum, vnus ipsorum fratrum, & affinium, emerit aliquid a nomine proprio, & ea describi faceret in catastro, seu æstimo nomine etiam proprio cæteris scientibus. Nam tunc non præsumitur societas omnium bonorum, sed solum eorum, quæ inuicem communicantur. Ita Crau. in conf. 26. num. 2. post multos ab eo congestos, & illum secutus sum in conf. 12. numer. 14. vers. cul. 6. renouatam. idem quando oēs 46 ꝑ ipsi fratres, vel affines separatim nomine eorum proprio emerent, omnibus scientibus. Ita Ale. in responso 359. colu. vlt. atque ita declarari potest responsum Anchar. in conf. 302. num. 7. & quod tradit l. a. in l. 1. num. 17. C. qui testam. facere poss. qui loquuntur quando cæpta societate, eorum vnus tantum emit, cæteris inscijs, & prædictis accedunt Bald. in conf. 487. lib. 5. & Decian. in conf. 56. n. 39. lib. 1. qui fortiori in casu responderant.

Declaratur tertio, vt non habeat locum hic casus, quando mortuo patre, vel altero ex fratribus, inter quos erat societas omnium bonorum, vnus deinde fratrum, notas ꝑ fecit librorum inscriptiones sub suo nomine tantum, vel suo & alterius solummodo. Hoc in casu non præsumitur continuata illa antiqua societas omnium bonorum, sed noua negocia separatim, vel vnà cū eo tantum à se inscripto velle tractare. Ita respondi in conf. 12. nu. 16. lib. 1. & in conf. 121. n. 96. lib. 2. post multos ibi commemoratos, & attingam in subsequenti præsumptione.

Societas dissoluta, quando renouata præsumatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Societas semel dissoluta, nisi probetur, renouata nō præsumitur. 2 Socie-

- 2 Societatis renouatio, vel verbis expressis, vel tacite facta, coniecturis probatur. 3 Societas renouata præsumitur sorte principali in negotiatione relicta. Idque præsumi, si apud illum socium, qui communi nomine administrabat, relicta sit nu. 4. 5 Capitali dimisso apud socium antiquum, calculo prima societatis finita, iam facta, si is suo nomine solo vt & ante libros rationis conscribat, finitane an renouata præsumatur societas, opinionones duæ sunt, nu. 6. & 7. 8 Societas transiens ad hæredes ex pacto si societatis forma, & modus non immutetur, capitale apud socium dimissum, præsumit societatis continuationem. 9 Voluntatis continuatio potius, quam mutatio præsumitur. 10 Societatis prima tempore finito, redditusque rationibus, si post sortis, & lucri receptam partem, socij demum pecuniam pro capitali conferant, renouata præsumitur societas. 11 Consensus ex facto inducitur sicut voluntas factis declaratur. 12 Factum posituum consensus arguere. 13 Societatis prima tempore finito, si redditus rationibus, capitale dimittatur apud socium, qui nomine communi negotiabat, non tamen renouata præsumitur societas, cum modus, & forma negociandi permittantur. 14 Societatis renouata coniectura est noui lucri communicatio. 15 Consuetudine extante, vt societas continuata dicatur, si nō reuocetur expressè, secundum eam contraxisse præsumuntur mercatores aut socij. 16 Socijs bona post diuisionem communiter possidentibus, renouata societatis est coniectura.

P R A E S V M P T. LVII.

Explicandum nunc est, quando societas dissoluta, renouata, atque ita noua inchoata præsumatur. Quia in re constituenda est regula, societatem non præsumi ꝑ reuocatam, sed qui reuocatam fuisse asserit, probare debet. Ita responderunt Castren. in conf. 73. in causa quæ vertitur inter Gabrielem, colum. 1. lib. 1. & Corn. in consil. 54. num. 2. vers. & satis, lib. 1. quos secutus sum in consil. 121. nume. 70. in fin. lib. 2. Ea est manifesta ratio, quia renouatio hæc dicitur esse quid facti, ob id nō præsumitur, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postli. reuerl. & dicemus in fr. lib. 6.

Renouatio autem societatis ꝑ probatur facta, vel ex manifesta verbis, iux. l. 4. cū seq. ff. pro soc. & tradit Soc. sen. in conf. 87. nu. 11. in fin. lib. 1. vel tacite, quando scilicet consensu tacito, qui coniecturis colligitur, id fit, l. plane. ff. pro soc. & scripserunt multi à me congesti in consil. 121. num. 72. lib. 2. vbi aliquot coniecturas renouate societatis commemoravi, & quæ paucis hic repetam. Prima coniectura renouatæ societatis est, quando finita ipsa prima, illud totum capitale, quod sortè ꝑ nostri appellant, relinquatur in ipsa negotiatione. Verum in hac coniectura distinguendi sunt aliquot casus, vt scripsi in d. conf. 121. num. 73.

Primus est, quando finita prima societate, illud totum capitale relictum fuit apud ꝑ socium illum, qui consuevit communi nomine negociari, quem admodum antea, nempe in scribendo rationes, vt communes, nihil immutando ex prima societatis forma. Hoc casu præsumitur renouata, & quodammodo continuata societas. Cum nulla detur diffinitio inter primam, & secundam, ita multorum auctoritate respondi in d. conf. 121. num. 73. vers. primus casus, lib. 2.

Et casus iste multo magis procedit, quando non solū antiquus negociandi modus, antiquaque forma obseruatur, sed etiam lucrum in communi ponitur, sicuti in hac specie respondit Abb. in conf. 87. lib. 2.

Secundus est casus, quando apud socium dimissum est capitale ꝑ antiquum, facta scilicet calculo prima so-

cietatis iam finita, & non constat esse mutatam, vel formam, vel modum negotiationis, vtputa quia socius qui negotiatur, erat solitus negociari expressè suo solo nomine, inscribendo suo solo nomine libros rationū, dando literas de negocijs suo solo nomine, sed tamen tacite communi nomine negociabatur, quia communicabat lucrum cum altero socio. Hoc in casu, an illa sola dimissio capitalis apud sociū, qui negotiationē profequitur, arguat cōtinuatam, seu renouatam societatem, etiam si non constet de communicatione lucri, est dubium. Nam hac de re sunt opinionones. Vna fuit opinio eorum, qui ꝑ scripserunt præsumi renouatam societatem. Ita Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus, par. 5. n. 39. cum diffinit quæstionem de rustico, qui retinet vaccas socii elapso tempore primi socii, & apertius Alex. in conf. 136. nu. 4. lib. 5. Ita etiam intelligi possunt Socin. sen. in conf. 87. num. 12. ver. concludit ergo, lib. 1. & clarius Paris. in conf. 82. num. 36. lib. 1.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt ex ea dimissione ꝑ capitalis apud antiquum socium, non præsumi renouatam societatem. Ita Castr. in conf. 415. ista societas, in 2. dub. lib. 1. qui loquitur fortiori in casu, quòd scilicet finito primo societatis tempore, nec capitalis, nec lucri facta est diuisio, sed totum apud antiquum socium dimissum fuit. Idem & apertius respondit Crot. in conf. 15. nu. 15. Et posteriorem hanc ego opinionem securus sum in d. conf. 121. num. 82. vers. altera fuit opinio &c. quibus argumentis hanc defenderim, & quibus primam illam confutauerim eo in responso scripsi, ea propter hic de industria non repetam.

Tertius est casus, quando societas à socio primo transit in ꝑ hæredem ipsius socij ex pacto conuento, & ipsius societatis forma, & modus non immutatur, & ille hæres defuncti socij dimittit capitale apud socium, qui suo solo nomine negociabatur. Hoc in casu societas præsumitur continuata, vt prius. Ita loquitur Paris. in conf. 82. nu. 36. & 37. lib. 1. Nam hoc casu illa dimissio capitalis arguit voluntatem hæredis esse, velle continuatæ societatem à suo prædecesore contract. Arguit etiam voluntatem esse eandem socij retinentis. Et hic casus differt à præcedenti, quia in illo extincta erat omnino societas illa prima, & ideo ibi agitur de eius renouatione. Hoc verò in casu de sola continuatione, quæ continuatio præsumitur, rebus ipsis omnibus eodem primæuo in statu permanentibus, excepta morte vnus sociorum. Et si dicatur, quæ ergo erat dubitatio in ea specie Parisij; dico dubitationem illam fuisse, quia videbatur dicendum, hæredem non consensisse continuationi societatis, ex quo, illo facto nō declarauerat animum suum. Et etiam quo ad socium retinentem apud se pecuniam, nō videbatur adhibitus consensus continuandi. Verum tamen aliter & rectè respondit Paris. quia quoad hæredē aliud factum non requirebatur, quæ traditionis pecuniæ, quæ sanè traditio satis inducitur ex illa dimissione, & patientia, posteaquam non probatur hæredem tunc esse alterius opinionis, quam perseuerare in societate. Voluntatis enim continuatio, ꝑ non autem mutatio præsumitur. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. Quo etiam ad retinentem eadem præsumitur voluntas continuandi societatem, nisi contrarium declaret. Hunc casum ita explicauim in d. conf. 221. num. 88.

Quartus est casus, quòd finito tempore primæ ꝑ societatis, redditusque hinc inde rationibus vnusquisque sociorum sumit partem suam capitalis, & lucri, & deinde paulo post, adhuc in communi ponunt capitale, & non constat (vt superioribus in casibus) mutata esse formam primæ negotiationis. Hoc in casu præsumitur renouata societas. Ita intelligo Castr. in conf. 73. in causa, quæ vertitur inter Gabrielem, col. 1. ibi, vel positio capitalis in communi, lib. 3. Ea est ratio, quia hoc dicitur quoddam factum.



factum, non autem non factum, ut superiore casu. Quæ obrem consensum infert, cum consensu ex facto inducatur, sicuti ex facto voluntas ipsa declaratur, l. Paulus. ff. rem ratam habe. & in specie ita respondit Anchar. in cons. 302. Materia de qua queritur, nu. 2. & scribit Inn. in c. olim, de rest. spol. quem secutus est Imol. in l. si mora, in fin. ff. sol. matr. factum positum esse fortioris effectus ipso negatio. Et factum positum arguere consensum, respondit Soc. Sen. in cons. 196. col. 2. in princ. lib. 2. Et hunc casum sic explanaui in d. cons. 121. nu. 89. & 90.

Quintus, & ultimus est casus, quando finito prime societatis tempore, redditis rationibus, apud socium qui solitus est comuni nomine negociari, remanet capitale: Et is socius negotiator perseverat in negotio, sed mutatur modum & formam negociationis, quas sanè inscriptiones librorum negociationis, quas sanè inscriptiones tunc suo nomine proprio facit, cum tamè prius nomine communi factæ essent, vel quid simile agit, ex quo constat modum negociandi esse à primo difformè. Hoc in casu admittitur etiam ea opinio, quod solius capitalis dimissio apud socium arguat esse renouatam societatem) dicendum est, non præsumi atque ceteri renouatam societatem. Nam hæc cōiectura, quæ oritur à dimissione capitalis, est debiliore, quæ nascitur à vario modo negociandi: sicuti multis demonstravi in dict. consil. 121. num. 91. cum multis subsequentiibus. Et ibidem num. 101. respondi, nunquam ex sola dimissione capitalis, sicque ex ea patientia ceteri renouatam societatem, quando ultra patientiam requiritur aliqua solemnitas.

Secunda est cōiectura, & præsumptio renouatæ societatis, quando denuò lucra & comunicantur. Ita Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus. p. 3. q. 2. nu. 36. & egregiè Soc. Sen. in cons. 192. col. 3. vers. confirmatur hæc lib. 2. Et hoc secutus sum in d. cons. 121. num. 105. quo loci dixi hanc cōiecturam non procedere, quando socius negotiator alteri assignasset partem debitorum præterita societatis, ut illos suo nomine exigeret.

Tertia est cōiectura, & præsumptio renouatæ societatis, quæ ducitur à consuetudine mercatorum. Nam si extat consuetudo, nisi expressè dicatur, societatem nõ debere continuari, nec præsumi renouatam, mercatores censentur sub ea consuetudine inuisse societatem: & ita illa non continuabitur, seu censebitur renouata. Ita Soc. Sen. in consil. 160. num. 8. & in consil. 162. num. 11. lib. 2. quem secutus sum in cons. 121. num. 106. quo loci dixi post Castr. idem esse probandum, quando tacentibus, & nihil dicentibus socijs consuetudo induxerit, ut censeatur societas renouata. Et ibid. num. 107. dixi procedere nisi appareat de dissensu expresso. Et traditio Socin. comprobatur auctoritate Baldi in l. 1. q. 2. C. pro socio. & Paris. in consil. 90. num. 45. lib. 1. cum dixerunt, societatem præsumi contrafactam secundum loci consuetudinem.

Quarta est cōiectura renouatæ societatis, quando socij post bonorum diuisionem, adhuc illa communiter possident. Ita Rom. in cons. 418. Crauet. in cons. 73. num. 13. quos secutus sum in cons. 122. num. 51.

*Pecuniam solutioni paratam fuisse quando præsumatur, & in mutuo speciale non esse, quod pecunie solutioni parata dominium in mutuarium transeat?*

S V M M A R I V M.

- 1 Privilegium in mutuo nullum considerari, ad transferendum dominium pecunie solutioni iam destinatæ.
- 2 Dominium pecunie solutioni destinatæ, etiam in alijs contractibus, quam mutuo transferri.

3 Pecuniam solutioni paratam fuisse cōiecturis probatur secundum Ale.

4 Pecuniam solutioni destitutam esse, non præsumi, ratioque huius, num. 5.

6 Pecuniam solutioni paratam fuisse cōiecturam præbet.

Persona qualitas, num. 7.

Considerandam tamen esse debiti summam, num. 10.

Si quis sit debitor depositi, num. 11.

Et de quo deposito accipiendum, num. 12.

Si semel pecuniam in promptu debitor habuerit, num. 13.

Si creditor asserenti debitori se paratam habere fidem det, vel assentiatur, num. 16.

Si tamen de ipsarum partium præiudicio tantum agatur, nu. 17.

Si testes affirmant se penes debitorem tantum, quæ solutioni sufficiat, vidisse, num. 18.

8 Locuples, & opulentus pecuniam præsumitur habere in promptu.

9 Mercatori vili, & pauperi affirmanti se gemmas habuisse non habendam fidem.

14 Rem qui semel habuit adhuc præsumitur habere. Idque tam in mobilibus, quam immobilibus, num. 15.

P R A E S V M P T. LVIII.

Cum mutui tractationem auditoribus explicarem, asserui veram esse receptam Doctorum sententiam, nullum considerari privilegium in mutuo, ut transferatur dominium pecunie, quæ solutioni parata est, quemadmodum scripserunt Barto. in l. singularia, num. 6. Castr. & reliqui, & nouè Bologn. nu. 37. Est enim verius etiam in reliquis contractibus, & transferri dominium rei, quæ solutioni parata est: sicuti probant text. l. eius rei, cum l. seq. ff. de rei vend. l. si sponfalibus. §. 1. ff. de iure dot. l. 3. sed si debitor, c. l. seq. ff. de don. inter vir. & vxo. & l. falsus, §. sed et si is, ff. de fur. Dubitari autè solet, quomodo dici possit constare pecuniam fuisse solutioni paratam. Alc. in l. singularia, num. 8. docuit constare posse præsumptionibus, & cōiecturis. Rem hanc paulò diligentius explicando, dicimus esse pro regula constitutum præsumi pecuniam non esse paratam solutioni. Ita manifestè respondit Bal. in cons. 318. practica ciuitatis, col. 2. vers. dico, quod debitor, lib. 1. Ea ratione motus est, quia hæc est mera & negatiua non coarctata, quæ non est obiectum sensus, vel visus, cum nõ terminetur ad aliquod subiectum visibile. Et hæc ipsa negatiua nõ est (inquit Bald.) substantia, nec qualitas, nec aliquod de prædicamentis. Et ideo non est ens naturale, & per consequens nec probabile, nisi per confessionem, iuxta l. actor. C. de probat. & ca. 1. de confess. lib. 6. Receditur tamen ab hac regula, & præsumptione contrarijs præsumptionibus, & cōiecturis, quibus præsumitur pecuniam fuisse, esseque solutioni paratam. Et inter cōiecturas hæc connumerantur.

1 Prima est, quæ sumitur ex qualitate personæ iuxta l. si vero, §. 1. ff. qui facit. cog. Cum itaque quis est locuples, & opulentus, pecuniosusque, præsumitur pecuniam habere paratam, & in promptu. Ita docuit Bar. in d. l. singularia, ff. si cert. per. in si. quem ibi secuti sunt Castr. Alex. & Iaf. Purpur. & Alc. num. 8. Idem affirmarunt Sal. in l. si ex pretio, col. vlt. q. 1. C. si cert. per. Crauet. in cons. 191. num. 8. & Benuenut. Strach. in tract. de mercat. par. 2. num. 20. Est prope simile, quod colligitur ex Abb. in c. vlt. in fin. de his, quæ vi metusve caus. Cum dixit, non esse habendam fidem vili, pauperique & mercator, affirmanti, se habuisse gemmas. Ergo contra in mercatore diuite. Est quoque simile prope quod scripsit Bart. in l. cum oportet, nu. 5. C. de bonis quæ lib. cum docuit, quod res præsumitur à filio quæ sita ex proprijs pecunijs, & bonis, non autem ex pecunia patris, quando ipse filius erat vir industrius, & qui negociando lucrabatur. Hæc autem

autem cōiectura à Bar. & sequacibus probatur arg. l. 4. §. melior. ff. de in diem addict. quo tamen loci Iurifcons. non explicat, quæ sit persona illa, quæ dici possit paratam habuisse pecuniam, quæ meliorem offerebat venditori conditionem. Crediderim cōiecturam hanc non esse ita absolutè, & latè intelligendam, ut eam Docto. nostri considerant, sed habendam esse rationem & quantitatis pecunie, & qualitatis ipsius diuitis, & opulenti mercatoris. Nam tam ingens summa esse possit, ut ille mercator, qui non consuevit relinquere pecuniam in arca ociosam, in promptu, paratamque non habeat ad soluendum, sicuti quotidiana ipsa experientia docet.

11 Secunda est cōiectura, quando quis est debitor & depositi. Nam tunc præsumitur habere pecuniam ipsam iam depositam in promptu, & paratam restitutioni. Ita Castr. in l. singularia, num. 26. Alex. in si. Purpur. in fine, & Alc. num. 8. Est ratio, quia alioqui præsumeretur delictum, nempe contractatio ipsius rei depositæ, contra l. 1. §. si rem. ff. de depositi. Ad euitandum ergo delicti præsumptionem, præsumitur pecuniam esse paratam restitutioni. simile prope tradit Bart. in l. cum oportet, nu. 5. C. de bon. quæ libe. cum dixit, quod ad euitandum delictum præsumitur tutorem ex proprijs pecunijs acquisiuisse, non autem ex illis pupilli.

12 Hæc tamen cōiectura intelligitur procedere in & deposito regulari: secus verò in irregulari, hoc est, quando data fuit facultas vtendi pecunia ipsa deposita, iuxta l. Lucius. & l. die sponfaliorum. §. 1. ff. de depositi. Nam tunc cessat illa ratio præallegata, quod pecunia distractio nõ præsumatur, ne alioqui præsumatur delictum, ita declarat Alex. Purpur. & reliqui supra commemorati.

13 Tertia est cōiectura, quando debitor habuit semel pecuniam in promptu, & paratam solutioni. Ita Alc. num. 8. Ea est ratio, quia qui semel rem habuit, adhuc præsumitur rem habere, si sine possideris. C. de probat. vbi gl. Bald. & reliqui. Quæ sententia procedit non solum in rebus immobilibus, sed etiam in mobilibus, vt scribunt Bar. in l. si quis ex argentarijs, §. an vero hareddij, num. 1. ff. de eden. Felin. in c. scribentibus, col. vltim. de præsumpt. Ripa in c. cum ecclesia, nu. 23. vers. amplià, de causa possell. & propr. & Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. nu. 4. Et hæc quidem communis est sententia, etsi ab ea differant nonnulli commemorati, & probati à Iaf. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. num. 12. ff. de eden. & in l. quod te, in fin. ff. si cert. petat. & Purpur. in d. l. singularia, in fine, qui ob id cōiecturam hanc non recipit.

14 Quarta est cōiectura, quando debitor affirmat se habere pecuniam paratam, & illi asserenti consentit creditor. Nam, & tunc præsumitur ita esse, sicuti docuit hic Alc. num. 8. si modo de ipsarum partium præiudicio dicio & tantummodo agitur: statim enim tunc illi asserenti, iuxta gloss. §. alia in i. de actio. & tradunt Iaf. in §. sed iste, nu. 84. In sit. de actio. Secus verò cum agitur de alterius præiudicio, & creditor dicit se habere pecuniam solutioni paratam. Nam tunc illi asserenti non creditur, sicuti similibus in casibus scribunt Barto. in l. inter omnes, §. recitè, num. 2. ff. de fart. Dec. in c. nouit, in fin. de iudic. & Alc. in tractu præsumpt. reg. 3. præsumpt. 16. num. 6.

16 Quinta est cōiectura, quando testes affirmant se vidisse in crumena debitoris pecuniam ipsam. Hoc casu præsumitur solutioni paratam fuisse. Ita Purpur. in hac l. singularia, num. 10. qui tamen hoc intelligit, quando asserit tantam se vidisse pecuniam, quanta ad solutionem sufficere possit. ex traditione Bar. in l. cum seruus, in fin. ff. de cond. & demon. & Bald. in l. acceptam, q. 1. C. de vsur. & in l. si ex cautione, q. 7. C. de non nume. pecun. & sentit etiam Alc. in d. l. singularia, num. 8. in fin.

17 Sexta est cōiectura, quando debitor affirmat se vidisse in crumena debitoris pecuniam ipsam. Hoc casu præsumitur solutioni paratam fuisse. Ita Purpur. in hac l. singularia, num. 10. qui tamen hoc intelligit, quando asserit tantam se vidisse pecuniam, quanta ad solutionem sufficere possit. ex traditione Bar. in l. cum seruus, in fin. ff. de cond. & demon. & Bald. in l. acceptam, q. 1. C. de vsur. & in l. si ex cautione, q. 7. C. de non nume. pecun. & sentit etiam Alc. in d. l. singularia, num. 8. in fin.

18 Quarta est cōiectura, quando debitor affirmat se vidisse in crumena debitoris pecuniam ipsam. Hoc casu præsumitur solutioni paratam fuisse. Ita Purpur. in hac l. singularia, num. 10. qui tamen hoc intelligit, quando asserit tantam se vidisse pecuniam, quanta ad solutionem sufficere possit. ex traditione Bar. in l. cum seruus, in fin. ff. de cond. & demon. & Bald. in l. acceptam, q. 1. C. de vsur. & in l. si ex cautione, q. 7. C. de non nume. pecun. & sentit etiam Alc. in d. l. singularia, num. 8. in fin.

*Mercator an præsumatur soluendo, vel non?*

S V M M A R I V M.

1 Mercator habens multas merces, quæ difficulter exportari possunt, soluendo esse præsumitur.

Idem si intricata habeat nomina debitorum in magnis summis, a quoque fugæ cesset suspicio, num. 2.

3 Soluendo non esse præsumitur mercator accipiens pecuniam sub vsuris.

Idem si easdem merces, dilata solutione emptas, presentis pecunia minori pretio vendat, num. 4.

Idem si merces habeat in locis periculosis, num. 5.

Vel boni illius vendantur, num. 6.

P R A E S V M P T. LIX.

Postquam de mercatore, quem pecuniam solutioni paratam, habere præsumi, diximus superiore præsumptione, placet nunc subijcere, mercatorem aliquando præsumi soluendo, aliquando non. Est enim prima cōiectura, eum esse soluendo, qui multas merces habet, quæ difficilè amoueri, atque exportari possunt. Ita Bar. in l. sciendum, ff. qui fatid. cogan. & ibidem Iaf. nu. 3. qui alios recenset, affirmantes hunc mercatorem non esse suspectum, vt decoquat. Secunda cōiectura, quando habet mercator intricata debitorum nomina in magnis pecuniarum summis, adeo quod cesset suspicio fugæ, cum non facilis sit eorum exactio. Ita Alex. in l. facere, ff. solut. matr. in cons. 87. lib. 2. Caccialup. in tract. de debitoribus suspectis, num. 10. Iaf. in d. l. sciendum, in princ. nu. 3. & in §. si fundus, nu. 7. ff. qui fatid. cogan. & Benuenut. Straccha in tract. de mercatura, par. 2. num. 25.

Contra, quod non præsumatur soluendo, sed suspectus, cōiecturam primo facit, quando accipit pecuniam sub vsuris. Nam tunc præsumitur pauper, & effici non soluendo. Ita gl. in l. 2. in princ. in verb. suspectum, ff. sol. matr. vbi Rip. nu. 38. idem Rip. in l. 2. in princ. num. 53. ff. eod. & Benuenut. Strach. in d. 2. par. num. 27.

Secunda est cōiectura, quæ quando mercator versuram facit, seu dilata solutione ad diem, merces easdem viliori pretio, quam emerit præsentis pecunia venderet. Est sanè cōiectura hunc malè rem suam agere, & ad inopiam vergere. Ita Iaf. in d. l. si constante, nu. 138. & Stracch. in d. 2. par. num. 28.

Tertia est cōiectura, quando mercator habet merces in loco periculoso, vt in mari, vbi imminet pyratarum incurfus, aut in montibus, vbi aquarum impetu maderieri possent. Hunc enim non soluendo effici verisimile est, sicuti scripserunt gl. in l. 2. in princ. in verb. suspecti, ff. sol. matr. vbi Bart. num. 9. Alex. num. 10. Iaf. num. 26. Rip. num. 51. idem affirmarunt Iaf. in dict. l. sciendum, in princ. col. 2. ff. qui fatid. cogan. Benuenut. Strach. in d. tract. de mercatura, par. 2. num. 26.

Quarta est cōiectura, quando mercatoris bona venduntur. Ita Bart. in l. tres, num. 4. ff. de administ. tut.

*Societatis diuisio, quando facta præsumatur.*

S V M M A R I V M.

1 Bonorum diuisio cum quid facti sit, non præsumitur.

2 Bonorum diuisionem factam esse presumptionibus probari.

3 Fratres separatim habitantes longo tempore, possidendo pro singulis partibus, percipiendo commoda, & onera subeundo, diuisisse præsumuntur.

4 Quod extenditur etiam in minore sine curatoris auctoritate, auctoritate Prætoris decreto diuidente, si maior factus possidendo per decennium